



**Scholia In Primarias Preces Imperatoris**

**Chokier, Jean de**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

XLVII. An per clausulam Nonobstan. Precibus insertam, derogatum  
censeatur ijs regulis Cancell. quæ sunt ubiq[ue] in celebri observantia?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62387](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62387)

terez in Repet. 1. Nemo potest. num. 174. & 178. Anaf. Germón. tract. de Indult. Cardinal. §. ac irritum, num. 9. & seqq. Hinc prouidè etiam in his Clauſulis non obſtantiarum derogatum eſt Regulis in Cancellaria Apoſtolica publicatis, & publicandis. Sed an per hanc derogationem ceneſatur derogatum Regulis, quæ ſunt ubiq; in celebri apud omnes obſervantia, niſi de Annali, Triennali, de publicandis, de veriſimiſi notitia, de ſurrogandis, de iñfirmis, & ſimilibus, quæ Ju-diciales ſunt? Vide Gomesum in queſt 6. proœmij, ubi tandem reſolyit de ſtilo Cancell. ſervari, quod per prädictam clauſulam nunquam cenſen-tur ſublate dictæ notabiles Regulae Ju-diciales, non factâ mentione expreſſa in individuo de dictis Regulis, niſi tamen in ſupplicatione ſeu Regula pone-reter Clauſula generalis, QUORUM TENORES HABE-A-N-TUR PRO EXPR-ESSIS, nam tali caſu dictæ Regulae compre-henderentur, & illis derogatum concenteretur, ut varijs Rotæ decisi. probat Gomeſi, dictæ queſt 6. Verum juſtius dubitari potest, an Regula Can-cell. revocatoria Expeſtatiavarum, quæ eſt 11 & fit poſtridie assumptionis Pontificis, per quas revocantur omnes expectatiæ, quæ in aliqua ſui parte ſunt fortitæ effectum; ceſſet in hiſ primatijs Precibus, hoc eſt, an ſor-tientur ſuum effectum etiam poſt obitum Pontificis, qui Indultum Prima-riarum Precum Cæſari concesſit? nam prädicta Regula, quæ publi-catur altero die poſt assumptionem ad ſummi Apoſtolatus apicem, revocat omnes gratias expectatiæ per prädeceſſorem concesſas. Du-bitationem movere, quod verba dictæ Regulae comprehendant etiam fa-cultates nominandi, & conferendi, verbis generalibus & aptis com-prehendere quoſeunque, ut patet in verbis regula, QUORUMCUN-QUE, ET QUIBUSCUNQUE CONCESSIONES. Nihilominus cum Indultum Cæſareum habeat clauſulam, NEC NON QUI-BUSCUNQUE IN CANCELL. APOSTOLICA QUAN-DOCUNQUE PUBLICATIS ET PUBLICANDIS &c. censco prädictam Regulam ceſſare, nec afficere Preces Primarias, maximè quod Imperator in facultatibus habeat facultatem nominandi tanquam S. R. E. advocate; ſicque videatur privilegiatus à Jure communi cap. dilecto 3. de p̄ebend. cap. Adrianus, & seqq. 163. diſtinct. gloſ. unica. in cap. Imperium inſi. in diſt. Et Papa per generalia verba non videatur tollere ſpecialia jura, lib. decurionibus, C de ſilentia lib. 12. Bald. in lib. 1. ante num. 2. ff. de confit. Princip. Acceditquid Imperator utatur conſuetudine antiqua, & immemorabili in confeſſandis illis Precibus, ut patet in principio provisionis Cæſareæ, quæ datur Preciftis: Re-gulæ autem & Constitutiones Papæ, quæ ſtrictam accipiunt in-terpre-